



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Instructio practica ...**

Institutiones Theologiæ Mysticæ, Seu Facilem & practicum modum  
Exercitia Spiritualia S.P. Ignatii Loyolae per octiduum faciendi - item  
triduanam recollectionem fructosè instituendi complectens, Et  
Sacerdotibus Præcipuè, aut de Sacerdotali Statu suscipiendo  
deliberantibus accomodata, Una cum ...

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1680**

Prima Dies.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48834](#)

Pro prima Die.

## M E D I T A T I O I .

## DE FINE HOMINIS ET SACERDOTIS

Scopus.

*Propositorum seruum tam suam, quam proximi sacerdotum studiosius deinceps procurandi.*

Tessera.

*Domino patientiam habe in me, & omnia reddam.*  
Matth. 18.

## Punctum I.

Considera I. Parabolam de homine peregrinante, vocante servos suos, & varia talenta tradente, quam Matthæus c. 25. describit sequentibus verbis: *Hunc pressens vocavit servos suos, & tradidit illis bonas. Unus dedit quinque talenta, alij autem duo, alij vero unum. Cuique secundum propriam virtutem, & profectum eius. Abiit autem, qui quinque talenta acceperat. & ratus est in eis, & lucratus est alia quinque. Similiter, qui duo acceperat, lucratus est alia duo. Qui autem unum acceperat, abiens fudit in terram, & abscondit percutitum domini sui. Post multum vero temporis venit dominus vorum illorum, & posuit rationem cum eis, & accedens quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta. Cens: Domine, quinque talenta tradidisti mihi, ecce quinque superlucratus sum. Ait illi dominus ejus: *Ego serve bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis super multa te constituam, intra in gaudium domini tui.* Accedit autem, & qui duo talenta acceperat. Et ait: *Domi duo talenta tradidisti mihi, ecce alia duo lucratum sum.* illi dominus ejus: *Euge serve bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis super multa te constituam, intra in gaudium domini tui.* Accedens autem, & qui unum talentum acceperat: ait, *Domine, scio quia homo durus es, metu non seminasti; & congregas, ubi non sparasti; & timi-**

*u, Abscondi talentum tuum in terra: ecce habes, quod  
am est. Respondens autem Dominus ejus, dixit ei: Serve  
tale, & piger, sciebas, quia meto, ubi non semino, & con-  
tra, ubi non sparsis: oportuit ergo committere pecuniam  
am Nummularius, & veniens ego receperisse utique, quod  
cum est cum usura. Tollste itaque ab eo talentum, & date  
quis habet decem talenta; Omni enim habenti dabitur,  
abundabit: ei autem, qui non habet, & quod videtur ha-  
bit, auferetur ab eo. Et iniuritem servum ejicite in tene-  
nu exteriore: illuc erit fletum, & stridor dentium.*

Considera II. Qualem exitum habuerit negligentia ser-  
vi, qui talentum suum abscondit; qualem è contrario illo-  
rum diligentia, qui totidem alia talenta lucrati sunt.

Considera III. Si tibi optio daretur, alterutram horum  
lavorum sortem eligendi, an non potius cum diligentibus  
operari, atque adeò simile à Domino præmium exspectare,  
quam cum pigro illo servulo talentum defodere, & tam gra-  
vem tibi accersere poenam malles? Vide ergo, quid hasti-  
naturigeris, & deinceps saltem in meliorem partem te resolve.  
Colloquium ad SS. Patronos.

## Punctum II.

Considera I. Qualia sint talenta, quæ tibi à Domino tuo  
concedita sunt, nimirum omnia illa media, quæ tibi sunt in  
ordine ad tuam proximique salutem procurandam concessa.  
Qualia sunt ex naturalibus quidem ingenium, scientia, vires  
corporis &c. ex supernaturalibus verò vocatio ad religio-  
zem, gratia vocationis, exercitia virtutum juxta instituti  
normam suscepta &c.

Considera II. Quām præclara siothæc talenta, sive dan-  
dis charitatem in vocatione, sive accidentis vilitatem, & in-  
gratitudinem, sive ipsorum talentorum propriam excellen-  
tiam, & dignitatem; sive lucrum per illa faciendum, scilicet  
tuam, proximique salutem, sive denique præmium à Domi-  
no ob fidem administrationem offerendum consideres.

Considera III. Si ab ijs, qui tam exigua talenta accep-  
erant, tam severa ratio exigitur, è contrario autem tam am-  
plius fidelis servitij præmium promittitur, quantum tu, si  
tam præclara talenta male impenderis, poenam, indignatio-

nem.

nemque timere; aut quantum, si bene collocaveris, reti-  
tionem à DEO exspectare possis; quāmque adeo novos au-  
mos concipere debeas ad eadem talenta, quām optimi pos-  
sis, in tuam, proximique salutem impendenda. Cui  
quium ad B. V.

**Punctum III.**

**Considera I.** Quis sit modus ille optimus prædicta-  
ta collocandi, nimurum si nihil aliud cogitaveris, locum  
aut operatus fueris, quām quod DEUS vult, quo modo  
& quia vult, id est, si semper occupatus sis in ijs rebus, obedi-  
entia præscribit; sed & modum, qui tibi vel à Super-  
ribus, vel à regula præscribitur, sedulò observavent; si  
hil aliud in tali exercitio, quām solum DEI beneficium  
ultimatè quæsiēris.

**Considera II.** Quām facilis sit hic modus, sive illu-  
sive auxiliorum à DEO offerendorum copiam & efficien-  
tiam sociorum cooperantium exempla, sive præmij posse  
magnitudinem consideres.

**Considera III.** Quid te potissimum ab hoc modo ab-  
bendo hactenus impediērit, & quomodo vel nunc tale  
pedimentum toto animi conatu removere velis. Collo-  
cum ad Christum repetendo assidue tum illud Davidis  
115. *Quid retraham Dominum pro omnibus, qua retrah-  
michi? tum illud servi Matth. 18. Domine, patientiam in-  
in me, & omnia reddam tibi.* Vide, si placet, Ambrosius  
nolæ p. 2. Medit. 185. fol. 486.

Legatur ex lib. 1. de imit. c. 25. & illa maximè verbū  
perpendantur: igitur ad profectum ferreas, quia mercenari  
laborum in brevi recipies, nec erit tunç amplius timor  
dolor in finibus tuis? Modicum nunc laborabis, & mego  
requiem, imò perpetuam lātitiam invenies.

**Pro prima Die.****M E D I T A T I O II.****Scopus.**

*Seria detestatio peccatorum antiquorum, & Gita  
inchoatio.*

## Punctum I.

Considera I. Parabolam de filio prodigo, quam D. Lucas sequentibus verbis describit: *Homo quidam habet*  
*duos filios, et dixit adolescentior ex illis Patri: Pater, da*  
*me portionem substantie, quae me contingit. Et divisit il-*  
*luminis substantiam; Et non post multos dies congregatus omni-*  
*adolescentior filius peregrinè profectus est in regionem longa-*  
*nam, et ibi dissipavit substantiam suam vivendo luxu-*  
*no. Et postquam omnia consummasset, facta est fames*  
*solida in regione illa, et ipse cœpit egere. Et abiit, et ad-*  
*quisi uni Civium regionis illius, et misit illum in villam*  
*hunc, ut pasceret porcos. Et cupiebat implere ventrem su-*  
*mum desiliquis, quos porci manducabant: et nemo illi dabant.*  
*Ista autem reversus dixit: quanti mercenarij in domo Pa-*  
*tri mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo! sur-*  
*sum. Tunc ad Patrem meum, et dicam ei: Pater peccavi*  
*in Calum, et coram te: jam non sum dignus vocari filius*  
*tui: sic me sicut unum de mercenariis tuis. Et surgens*  
*venit ad Patrem suum. Cum autem adhuc longè esset, vidit*  
*Pater ipius, et misericordia motus est, et accurrens*  
*corruit super Collum ejus, et osculatus est eum. Dixitque*  
*filius: Pater peccavi in Calum, et coram te, jam non*  
*sum dignus vocari filius tuus: Dixit autem Pater ad servos*  
*sic: Cito proferte stolam primam, et induite illum, et date*  
*calum in manum ejus, et calceamenta in pedes ejus: et*  
*aducite vitulum saginatum, et occidite, et manducemus,*  
*qualemur: quia hic filius meus mortuus erat, et revi-*  
*perierat, et inventus est. Et cœperunt epulari. Erat*  
*autem filius ejus senior in agro, et cum veniret, et appro-*  
*quaret domum, audivit Symphoniam, et chorum: et con-*  
*siderit unum de servis, et interrogavit, quid haec essent? Isde*  
*erat illi: Frater tuus venit, et occidit Pater tuus vitulum*  
*saginatum, quia saluum illum recepit. Indignatus est au-*  
*tem, et nollebat introire. Pater ergo illius egressus cœpit ro-*  
*pare illum. At ille respondens, dixit Patri suo: Ecce tot*  
*annus servio tibi, et nunquam mandatum tuum praterivis,*  
*et nunquam dedisti mihi hadum, ut cum amicis meis ephu-*  
*leret: sed postquam filius tuus hic, qui devoravit substan-*  
*tiem. Instruct. VIII.*

Bb

tiam

ziam suam cum meretricibus, & venit, occidisti illi sicut saginatum. At ipse dixit illi: Fili, tu semper mecum omnia mea tua sunt: epulari autem, & gaudere quia frater tuus hic mortuus erat, & revixit, per te inventus est.

Considera II. Quām bene tota hēc Parabola tibi niat, imō quot partibus tua stultitia Parabolici hec stultitiam excedat, sive Patrem, quem reliquisti confiteare sive substantiam, quam dissipasti, puta, inspirationes, illia supernaturalia, virtutes, gratiam, merita &c. antea sive meretrices, quibus adhæstisti, scilicet mundanæ rationales cupiditates perpendas, sive ipsorum peccatorum toto discelsūs tui tempore commisisti, multitudine gravitatem speces.

Considera III. Quem fructum ex omnibus hisce patus reportaris, an non æqualem filio prodigo? ut si perpetua fame & concupiscentia turpium voluntatum catus fueris, & his ipsis voluptatibus velut filiis poteris animum tuum pascere desiderāris, nec tamen unquam illas satiari potueris, sed exclamare cum Salomone canticis Eccl. 2. Cūmque converti semper ad universa operaria fecerunt manus mea, & ad labores, in quibus frumenta veram, vidi in omnibus sanitatem, & afflictionem. Vide ergo, an non æquum sit, ut cum filio prodigo in versus dicas: *Quanti mercenarij* ( id est, Religiosi & clerici DEO fideliter servientes ) *in domo Patri mei abundans* ( id est, veris & solidis consolationibus ) *buc fame pereo.* Surgam, & ibo ad Patrem meum & loquimur ad SS. Patronos, ut facilem tibi ad Patrem tuum suis Suffragiis obtineant.

### Punctum II.

Considera I. Quanto cum gaudio & charitate redemptoris prodigus à Patre suo exceptus fit, nam 1. Miserere sculatus est cum. 5. Stolam & calceamenta profecti. 6. Convivio pingui eum adhibuit. 7. Symphoniam præcepit. 8. Contra fratris invidiam & murmurationem defendit. quæ omnia manifesta sunt indicia singulariter ex tali reditu conceptæ.

Considera II. Quām multis partibus felicior redditus tuus  
sumus, maximē si stolam gratiæ, quam tibi circumda-  
re convivium securæ mentis, aut etiam Eucharistia, orna-  
menta cœlestium donorum, quæ tibi paravit &c. perpendas;  
nō majus item gaudium non tantum cœlesti Patri &  
I. B. V. & Sanctis, sed etiam Domesticis, Externis. De-  
clici huius, & tibi ipsi ex tali tua reversione sit exoriturum, ut ve-  
sti confirmari possit illud Luc. 1. *Multis in nativitate ejus (&*  
*reversione) gaudebunt.*

Considera III. Quantos stimulos hæc omnia tibi addere  
possunt, & debeant ad hoc propositum tuum quām celerimè,  
perfectissimèque exequendum, ut, qui haec tenus tantam,  
quantum in te erat, tristitia materiam DEO, SS. & proximo  
accidisti, deinceps offensam talem multiplicato gaudio  
compenses. Colloquium ad B. V. illud S. Augustini cum la-  
tynis usurpando: *Per te accessum habeamus ad filium, ô  
benedicta inventrix gratia, genitrix vita, mater salutis, ue-  
stre nos suscipiat, qui per te datus est nobis. Excusat apud  
viam integratam tua culpam nostra corruptionis, & humil-  
tate DEO grata nostra veniam impetrat & vanitatis.*

### Punctum III.

Considera I. Quām grato animo Filius hic prodigus tan-  
tum Patti sui beneficium & favorem agnoverit, quantā cha-  
ritate deinceps cum prosecutus sit; si enim juxta Christi sen-  
tentiā Lucæ c. 7. cui plūs dimittitur, plūs diligit, quantum  
diligere debebat, cui tam multum remissum est? quām cau-  
sus deinde fuerit in omnibus occasionibus vitandis, per quas  
alias seductus, & in tanta mala præcipitatus fuerat.

Considera II. Quantò magis tu hæc omnia præstare de-  
cessis, utpote qui, sicut plura longè & graviora peccata com-  
misseras, ita majus etiam in eorum remissione beneficium ac-  
cepisti, atque adeò majorem quoque gratias agendi, & dili-  
gendi obligationem contraxisti.

Considera III. Quomodo huic tuae obligationi satisface-  
as, & vel hinc occasionem & causam perfectissimæ vitæ insti-  
tutionis, & sumere velis. Colloquium ad Christum, & æternum  
illud frequenter repetendo: *Pater, peccavi in cœ-  
lum,*

B b 2

lum,

*Practica Exempla  
lum, & coram te, jam non sum dignus vocari filius  
Vide Spinolam p. 2. Med. 163. fol. 420.*

Legatur ex lib. 3. de Imit. c. 5. & illa verba marimētū  
perpendantur: nihil sic timeas, sic vituperes, & fugias, Col  
peccata tua, quæ magis displicere debent, quām quoniam  
rum damna.

Pro prima Dic.

### M E D I T A T I O III.

*Seu*

**Si magis placet, Consideratio de Radice pa  
torum, seu Concupiscentia.**

*Scopus.*

### **CONCUPISCENTIÆ ERADICANDA P R O P O S I T U M.**

#### Punctum I.

Considera I. Parabolam de divite horrea, aliquid  
quam S. Lucas c. 12. sequentibus verbis describit: *Hoc  
eiusdam divitie uberes fructus ager attulit: & cogi  
intra se dicens: Quid faciam, quia non habeo, que  
gem fructus meos? & dixit: Hoc faciam, destruam horrea  
mea, & majora faciam: & illuc congregabo omnia, que  
ta sunt mihi, & bona mea, & dicam anima mea: domi  
habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce,  
de, bibe, epulare. Dixit autem illi Deus: Stulte ha  
animam tuam repetunt à te: qua autem parabi  
erunt?*

Considera II. Quis sit Scopus per hanc parabolam? C  
sto intentus, videlicet, ut doceret, quām vana esset con  
temporalium honorum concupiscentia, quāmque adeo  
viribus è corde ejicienda, ideo enim mox post abduc  
parabolam adjecit: sic est, qui sibi thesaurizat, & non  
Deum dives.

Considera III. An non in te quoque fuerit similia  
nus concupiscentia, pro qua adimplenda tot inanes iuris  
que solicitudines gesseris; an non illis merito annunc  
p

*meris, de quibus S. David Ps. 38. dixit, universa vanitas  
eius homo vivens; in imagine pertransit homo, sed et fru-  
matim inconturbatur; thesaurizat, et ignorat, cui congregabit  
& fugietur. Colloquium ad SS. Patronos.*

## Punctum II.

*Considera I. Quantorum malorum radix fuerit huic di-  
vi concupiscentia, & abundantia bonorum & voluptatum  
temporalium, nimirum omnium illorum vitiorum, quæ ex  
iustis convivijs, nimio potu & cibo oriri solent.*

**CONFIDERA II.** An non similes effectus in te quoque produc-  
mit hujus vel illius rei, quam tam inordinate haec tenus ap-  
petit, concupiscentia? an non omnium aut plerorumque  
naturarum & imperfectionum tuarum causa & origo extite-  
rit? Unde bella & lites in vobis? nonne ex concupiscentijs  
vobis, quæ militant in membris vestris.

Considera III. Si neminem in domo tua patereris, qui parvum turbaret inter domesticos, variisque & gravia tibi ac illam dama crearet, an non æquissimum sit, ut tam noxiæ concupiscentiam ex animo tuo penitus ejicias, memor ibit: Hoc sentimus illius doctrinæ ab Authore lib. de imit. 3.c. 27. his verbis: Juvat igitur, non qualibet res adepta, & deinceps corde radicitus: Crede ergo dictum tibi à DÉO, quod Sara Gen. 21. Abrahamo dixit: Ejice ancillam hanc concupiscentiam) & filium ejus (id est inordinatum amorem) Colloquium ad B. V.

### Punctum III.

Confidera I. Quo potissimum medio DEVS hunc divitem  
concupiscentia sua avertere conatus sit, nimirum illis ver-  
bis: Stulte hæc nocte animam tuam repetent à te, & que-  
a esset, cujus erunt? quasi diceret, cur fili mi quæris vani-  
tatem, & mendacium, & non potius desideras verum & æter-  
num bonum? cur siti animæ tuæ extinguendæ eligis guttam  
& non medicam ex lacuna sordidarum voluptatum haustam, & non  
potius os animæ tuæ fonti vivo, & pureo aquarium viventium  
similis duplicas? cur amas bona, quæ quotidie peribunt, & cum  
nes innumeris & tu peribis millies, & non potius amas æternum bo-  
num, ut æternum beatè vivas, & interim bene vivas? cur a-

mas bona, quæ indigent bono, & non potius diligis bonum quod affluit bonis? cur amas bona, quæ nolunt a te? & non potius amas eum, quem omnia volunt amare? mas formas, quæ te deformant, & non potius amas eum, qui si amaveris, faciet te formosum? cur amas bonum, qui alius amet, invides, aut irasceris, & non potius amas bonum quod, ut omnes ament, optabis & gaudebis?

Considera II. Quàm efficax sit hoc medium, vii pri  
alios multos expertus est Rollandus, qui, postquam dic  
tegrum in delicijs consumpsisset, tandem noctu ad se re  
fusus cogitavit: & quid mihi relictum est ex his omnibus  
dijs, quæ hodie percepisti? an non, quòd de die hoc mod  
io, ideni olim de tota vita judicatus sum? Cur ergo  
ma, vagaris per creaturas, quærrens bona animæ & corpo  
quære unum bonum, in quo est omne bonum, & suffici  
xit & sequenti die Religionem ingressus est.

Considera III. Quomodo tu quoque idem medium  
bere velis, & vel hodie ita omnibus renuntiare, ut cum  
etis Apostolis dicere possis illud Matth. 19. Ecce ne  
quimus omnia Eccl. Colloquium ad Christum frequen  
tia Iud S. Augustini 1. 10. c. 27. repetendo, serò te amavi  
christudo tam antiqua Eccl. bona, serò te amavi. Ecce ne  
eras, & ego foris, tecum non eram. Iustus Iud S. Davidis Ps. 72. quid mihi est in cælo, Eccl. quis  
lui super terram, Deus cordis mei, Eccl. pars mei De  
aternum. Vide Spinolani p. 2. Medit. 153. fol 33.

Legatur ex lib de imit. 3. c. 32. & illa maximè virtus  
perpendatur: Tene breve, & consummatum verbum  
mitte omnia, & invenies omnia; relinque cupidinem  
venies requiem.

### *Pro prima Dic.*

### *M E D I T A T I O IV.*

### *D E M O R T E J U S T O R U M E T P E C C A T O R V M .*

*Scopus.*

*Propositum se bene præparandi ad mortem.*

## Punctum I.

Considera I. Parabolam de servo vigilante, & Domini  
Nuptijs redeuntis adventum exspectante, quam S. Lu-  
c. 12. sic describit: *Sint lumbi vestri praeincti, & lu-*  
*mc. ardentes in manibus vestris, & eos similes hominibus*  
*afflantibus Dominum suum, quando revertatur a nuptiis,*  
*cum venerit & pulsaverit, confessim appariant ei: Beatis*  
*ori illi, quos, cum venerit Dominus, invenerit vigilan-*  
*tia. Amen dico vobis, quod praeinget se, & faciet illos dis-*  
*sonbere, & transiens ministrabit illis. Etsi venerit in se-*  
*unda vigilia, et si in tertia vigilia venerit, & ita invene-*  
*re, beatis sunt servi illi. Hoc autem scitote, quoniam se sci-*  
*m pater familias, quia hora fur veniret, vigilaret utique, &*  
*un sineret perfodi domum suam. Ita & eos estote parati,*  
*qua horā, quā non putatis, Filius hominis veniet. Vide*  
*que, quis Scopus à Christo per hanc parabolam intentus*  
*est, scilicet ut nos adhortaretur, ad mortis horam semper ob-*  
*oculos habendam, atque adeò omnia illa media adhibenda,*  
*que ad vitam sancte felicitérque claudendam conducere*  
*possunt.*

Considera II. Quidnam sit, quod potissimum in servo Pa-  
abolico Christus requisivit, & laudavit, nimirum *vigilare*,  
id est, non somnolenter officia ad verum DEI servum, id est,  
Sacerdotem, spectantia obire. 2. *Quoad lumbos succinctum*  
*fave, id est, omnes carnis concupiscentias, quæ à perfectio-*  
*ne potissimum impediunt, per mortificationem refrænare.*  
3. *Lucernas ardentes in mansibus tenere, id est, totam vi-*  
*tum suam sanctissimo DEI beneplacito (quod juxta Davi-*  
*dem Ps. 118. est lucerna pedibus nostris, & lumen semitis*  
*nostris conformatum).*

Considera III. Quomodo haec omnia hactenus observa-  
veris, & observare deinceps velis. Colloquium ad SS. Pa-  
tronos.

## Punctum II.

Considera I. Quale præmium Christus promiserit servo  
vigilanti, nimirum quod beatus sit futurus, & super omnia  
bona constituendus.

Considera II. Quænam sit illa beatitudo, quænam bona super quæ constituetur talis servus, nimirum illa, de quib[us] Apostolus 1. ad Cor. 21. dixit, quod nec oculus ea videt, nec auris audiret, nec in cor hominis ascenderint, item, de quibus S. David Ps. 16. dixit; *Satibor, cum ap-ruerit gloria tua.*

Considera III. Quam dignum sit hoc præmium, ut post illud omnia supra dicta capita exactissime impletum observes, maximè si perpendas, quam multò difficulter sequia exhibeant filij hujus seculi, ut præmium longius, & beatitudinem tantum apparentem, paucisque duraturam obtineant; an non vel horum exemplo ad fidem servi officium perfectè præstandum te excitabis, illudque Augustini olim efficaciter propositum obijicies: *poteris isti & ista, & ego non potero? an non & illud Naamō fuius 4. Reg. 5. dictum applicabis, paucis mutatis, & di-ferrem grandem tibi dixisset DEVS, certè facere debet quanto magis, quia nunc dixit tibi: Vigila, sicut lumen præcineti, & lucernæ ardentes in manibus tuis? Colloquium ad B. V.*

### Punctum III.

Considera I. Quid in eadem parabola Christus dixit servo, qui dicens in corde suo: moram facit Dominus me venire; cœpit percutere servos & ancillas, & edere, & bibere & inebriare &c. nimirum quod Dominus ejus in die quod sperat, & horâ, quâ nescit, veniet, & dividet eum, partique ejus cum infidelibus ponet.

Considera II. Quam gravis poena in dictis verbis comprehensa sit, quid enim est dividi à DEO, quam poenam danni incurgere, & à beatitudine summa separari? quid exceptum cum infidelibus accipere, nisi cum his poena sensuferatis actualibus debitam sustinere?

Considera III. Si poena hæc tantò major est in illo sermo, qui magis voluntatem Domini cognovit, frequentissime Domino ad vigilantiā excitatus est, plurib[us]q[ue] medius in tale officium præstandum instructus, majorib[us]q[ue] præ politis animatus, quantam poenam exspectare, & timeat debeat Sacerdos, qui tot inspirationes, tot auxilia, tot

illa eundem in finem accepit: an non verè vapulabit mul-  
la, de qua si vigilantiam negligat, & alia fidelis servi officia osci-  
unter persolvat? vide ergo, quid haec tenus egeris, & agere  
incepis velis. Colloquium ad Christum cum convenien-  
tibus affectibus. Vide Spinolam p. 2. med. 156. fol. 400.

Legatur ex lib. 1. de imit. c. 23. & illa præcipue verba be-  
neperendantur: Beatus, qui horam mortis suæ semper an-  
tecedentes habet, & ad moriendum quotidie se disponit. Stu-  
dium nunc taliter vivere, ut in hora mortis valeas potius gau-  
ete, quam timere.

Pro secunda Die.

### MEDITATIO I.

#### DE JUDICIO EXTREMO.

Scopus.

Propositorum DEO satisfaciendi, antequam rationem  
ultimam exposcat.

Essera: Domine patientiam habe in me, & omnia red-  
dam tibi. Matth. 18.

### Punctum I.

Considera I. Parabolam Regis, qui voluit rationem po-  
nit cum servis suis, quam S. Matthæus c. 18. sic describit:  
Assimilatum est regnum eorum homini Regi, qui voluit  
rationem ponere cum servis suis, & cum capisset rationem  
ponere, oblatus est ei unus, qui debebat ei decem millia ta-  
lentum. Cum autem non haberet, unde redderet, jussit cum  
Dominus eius vanum dari, & uxorem eius, & filios & om-  
nia, qua habebat, & reddi. Procidens autem servus ille, o-  
rabat eum, dicens: patientiam habe in me, & omnia red-  
dam tibi. Misertus autem Dominus servi illius, dimisit  
eum, & debitum dimisit ei. Egressus autem servus ille in-  
venit unum de conservis suis, qui debebat ei centum dena-  
rii, & tenens suffocabat eum, dicens: redde quod debes.  
Et procedens conservus ejus rogabat eum, dicens: patien-  
tiam habe in me, & omnia redam tibi. Ille autem noluit:  
sed abiit, & misit eum in carcерem, donec redderet debitum,

Bb 5

Viden-